

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 De ordine vtriusque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

**A d ii.** Dicendum, q̄ in statu felicitatis futuræ homo peruenit ad perfectum: & ideo d non relinquitur locus proficiendi per meritum. Si tamen relinqueretur, effet efficacius meritum p̄g maiorem charitatem. Sed contemplatio præsentis uitæ cum quadam imperfectione est, & adhuc habet quo p̄ficiat: & ideo non tollit rationem merendi, sed augmentum meritificat propter maius exercitium charitatis diuinæ.

**A d iii.** Dicendum, q̄ sacrificium spiritualiter Deo offeratur, cum aliquid ei exhibetur. Inter omnia aut̄ bona hominis Deus maximè acceptat bonū humanae animæ, ut hoc sibi in sacrificium offeratur. Offerere autem debet aliquis Deo, primo quidem anima suam, secundum illud Eccl. 30. Misericordia animæ placens Deo. Secundo aut̄, animas aliorum, fini illud Apo. vlt. Qui audit, dicat ueni. Quanto autem homo animam suam, uel alterius propinquius Deo cōiungit, tanto sacrificium est Deo magis acceptum. Vnde magis acceptum est Deo, q̄ aliquis anima suā, & aliorum applicet contemplationi, quam actioni. Per hoc ergo quod dicitur, q̄ nullum d sacrificium est Deo magis acceptum, quam zelus animarū, non præferunt meritum uitæ actiua merito uitæ contemplatiæ: sed ostendit magis esse meritorum, si q̄s offerat Deo animam suam, & aliorum, quam quemque alia exteriora dona.

## ARTICVLVS. III.

Vtrum uita contemplativa impeditur per uitam actiua.

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̄ uita cōtemplativa impeditur per uitam actiua. Ad vitam enim contemplatiæ necessaria est quadam uacatio mentis, secundum illud P̄f. Vacate, & vide te quoniam ego sum Deus: sed uita actiua haberet inquietudinem secundum illud Lucæ 10. Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. ergo uita actiua contemplatiæ impediret.

¶ 2 Præt. Ad uitam contemplatiæ requiritur clara-  
ritas uisionis: sed uita actiua impedit uisionis clarita-  
tem. dicit. n. \* Greg. super Ezechiem. q̄ lippa est  
secunda, quia dum occupatur in opere, minus uidet. ergo uita actiua contemplatiæ impedit.

¶ 3 Præt. Vnum contrariorum impeditur per aliud: sed uita actiua & contemplatiua uidentur contrarietatem habere adiuicem, quia uita actiua occupa-  
tur circa plurima: uita autem contemplatiua insilit ad contemplandum unum, unde ex opposito diuiduntur. ergo uidetur, quod uita contemplatiua im-  
pediat per actiuum.

SED CONTRA est, quod \* Greg. dicit in 6. moralium. Qui contemplationis arcem tenere desiderat, prius se in campo per exercitium operis probent,

RESPON. Dicendum, q̄ uita actiua potest considerari quantum ad duo. Vno modo, quantum ad ipsum studium, & exercitium exteriorum actionum: & sic manifestum est, q̄ uita actiua impedit contemplatiuum, in quantum impossibile est, q̄ aliquis simul occupet circa exteriores actiones, & diuinæ contemplationi uacet. Alio modo, potest considerari uita actiua quantum ad hoc, q̄ interiores animæ passiones componit & ordinat: & quantum ad hoc uita actiua adiuuat ad contemplationem, quæ impe-  
dit per inordinationem interiorum passionum. Vnde \* Greg. dicit in 6. moralium. Cum cōtemp-

tionis arcem aliqui tenere desiderant, prius se in capo per exercitium operis probent, vt sollicite sciant si nulla iam mala proximis irrogant, si irrogata a proximis æquanimiter portant, si oblatis bonis temporalibus nequaquam mens letitia soluitur, si subtrahit non nimio merore sauciantur. Ac deinde perpendat, si cum ad semetipos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahant, vel fortasse tractas manus discretionis abigant. Ex hoc ergo exercitium vita actiua confort ad contemplatiuum, quod quietat interiores passiones, ex quibusphantasmata proueniunt, per quæ contemplatio impeditur. Et per hoc pater responso ab obiecta. Nam rationes illæ procedunt quantum ad ipsam occupationem exteriorum actuum, non autem quantum ad effectum, qui est moderatio passionum.

## ARTICVLVS. III.

Vtrum uita actiua sit prior, quam contemplatiua.

**A**D QUARTVM sic proceditur. Videtur, q̄ vita actiua non sit prior, quam contemplatiua. Vita enī contemplatiua directe pertinet ad dilectionem Dei, vita autem actiua ad dilectionem proximi: sed dilectio Dei præcedit dilectionem proximi, in quantum proximus propter Deum diligitur. ergo uidetur, q̄ etiam vita contemplatiua sit prius, quam actiua.

¶ 2 Præt. \* Greg. dicit super Ezechiem. Scindū est, q̄ sicut bonus ordo uiuendi est, vt ab actiua in contemplatiuum tendatur, ita plerumq; utiliter a contemplatiua animus ad actiua reflectur. Non ergo simili pliciter uita actiua est prior, quam contemplatiua.

¶ 3 Præt. Ea qua diuersis competit, non uidentur ex necessitate ordinem habere: sed uita actiua & contemplatiua diuersis competit. dicit enim \* Grego. in 6. Moral. Sæpe qui contemplari Deum quiete posuerant, occupationibus preffsi ceciderunt: & sæpe qui occupati bene uerbis humanis uiuerent, gladio suo quietis extinti sunt. non ergo vita actiua prior, est quam contemplatiua.

SED CONTRA est, quod \* Gregor. dicit in 3. homi-  
nium. uita prior est tempore, quam contemplatiua: quia ex bono opere tenditur ad cō-  
templationem.

RESPON. Dicendum, q̄ aliquid dicitur esse prius dupliciter. Vno modo, secundum suam naturam. Et hoc modo vita contemplatiua est prior, quam actiua, in quantum prioribus & melioribus insilit: unde & actiua uitam mouet & dirigit. Ratio enim superior, quæ contemplationi deputatur, comparatur ad inferiorem quæ deputatur actioni, sicut uir ad mulierem, quæ est per utrum regenda, ut \* Au-  
gust. dicit 12. de Trin. Alio modo, est aliquid prius quo ad nos, quod, est prius in uia generationis: & hoc modo uita actiua est prior, quam contemplatiua, quia disponit ad contemplatiuum, ut ex \* supra Lib. 14. cap. 1.  
com. 3. dicit patet. Dispositio. n. in uia generationis p̄cedit formâ, quæ simpliciter & fm sua naturam est prior.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ uita contemplatiua non ordinatur ad qualemcumque dilectionem Dei, sed ad perfectam: sed uita actiua est necessaria ad dilectionem proximi qualemcumq; Vnde \* Gre. dicit in 3. homi. super Ezechiem. Sine contemplatiua vita intrare possunt ad coelestē patriam, qui bona quæ possunt operari, nō negligunt: sine actiua autem intrare non possunt, si negligunt bona operari, q̄ possunt. Ex quo etiā patet, q̄ uita actiua præcedit contemplatiuum, sicut id quod est cōmune omnī, præce-  
dit

## QVAEST. CLXXXIII.

\* Super Questionis cen-  
tesima de statu homini  
mater-  
tia.

**H**ic incipit decima  
et vii. pars huius  
operis, tractas de  
officiis ac statibus hoc-  
minum: in qua que-  
stione statim occurrit  
dubium circa signifi-  
cationem statu: pro  
quanto in litera dici-  
tur, quod respicit obli-  
gationem personae ho-  
minis, prout, scilicet, a  
liquid est in, vel alte-  
ni in, & hoc ex cau-  
sa permanente. Est si-  
quidem de hoc que-  
stio, & cum extraneis  
aliam significationem  
tribuentibus statu, ut  
paret de Henrico de  
Gandavo in 12. quo-  
libeto. Et nihilominus est quartus absolu-  
te de veritate huius si-  
gnificationis. Vnde nos primam qualicio-  
nem, relinquemus, quo-  
nam est certare de  
vocabus. Secunda autem,  
ut scilicet, assignata ab auctore signifi-  
cario sit iolda, tra-  
ctanda est: habet enim  
multas obiectio-  
nes. Cum enim in litera  
dicatur, quod status tam  
in ciuitibus, quam in  
spiritualibus spectat ad  
liberatem, vel seruitu-  
rem, statim apparet  
contradiccio in ipso a-  
grefiū iteret. Nam li-  
bertas nomen est statu-  
tus, & nullam obliga-  
tionem dicit. Amplius,  
seruitus & libertas spi-  
ritualis, ut in 8. articulo di-  
ciatur, penes habitum in  
statu, vel peccati aren-  
duntur: & tamen in neu-  
tro est obligatio, sed  
sola permanencia, quale  
habitus cautare nata  
est. Fallunt est igitur,  
quod status spiritualis  
seruitus, vel liberatio-  
nis recipie obligacionem.  
Prat. Status di-  
stinguitur in statum in-  
cipientium, proficien-  
tium, & perfectorum,  
ut paret in articulo 4. Et  
conatur quod nec statu  
incipientium, nec statu  
proficiientium obliga-  
tionem habeat. Distingui-  
tur quoque statu coniu-  
gatorum contra statum  
virginalem, & vidua-  
lem: & tamen solus  
status coniugatorum ob-  
ligationem habet. Clei-  
calis demum statu, inquit Henricus, distin-  
guitur contra laicalem:  
& tamen necc obliga-  
tionem habet, quo-  
nam clericus potest li-  
bere ducere vxorem  
viduam. Afferunt quo-

dit in via generationis id quod est proprium perfectorum.

AD SECUNDUM dicendum, q[uod] a vita actiua proceditur ad vitā contemplatiuam secundum ordinem generationis: a vita autem contemplatiua reditur ad vitam actiua per viā directio-  
nis, ut l. vita actiua per contemplationem dirigatur: sicut etiam per operations acquiritur ha-  
bitus, & per habitum acquisitū perfectius aliquis operatur, ut di-  
citur in 2. ethi.

AD TERTIUM dicendum, q[uod] il-

li qui sunt proni ad passiones propter eorum impetuad a-  
gerendum, sunt simpliciter magis apti ad vitam actiua propter spiritus inquietudinem. Vnde dicit Gregorius in 6. mōra. quod nonnulli ita inquieti sunt, ut si vacacionem laboris habuerint, grauius laboret, quia tanto de-  
teriores cordis tumultus tol-  
erant, quanto eis licentias ad co-  
gitationes vacant. Quidam ve-  
ro habent naturaliter animi pu-  
ritatem & quietem, per quam ad contemplationem sunt apti,  
qui si totaliter actionibus depen-  
tent, detrimentū sustinebunt.

Vnde Gregorius dicit in 6. mo-  
ral. quod quorundam hominū  
ita otiosae mentes sunt, ut si eos  
labor occupationis excipiatur, in  
ipsa operationis inchoatione su-  
cumbant: sed sicut ipse Gregorius  
dicit glo. \* Recti sunt qui di-  
rigunt cor suum secundum no-  
luntarem Dei. ergo uidetur q[uod]  
sola obedientia diuinorum man-  
dariorū sufficiat ad rōnū statu-  
tus. ¶ 2. Præt. Nomen status uidetur  
importare immobilitatem, scilicet  
dum illud i. ad Corin. 15. Stabi-  
les estote & immobiles. unde  
Gregorius dicit super Ezech. La-  
pis quadrus est, & quasi ex omni  
latere statum habet, qui cas-  
ta in aliqua permutatione non ha-  
bet: sed virtus est quae immob-  
liter facit operari, ut dicitur in  
2. ethi. \* ergo uidetur quod ex  
omni operatione virtuosa ali-  
quis statutus adipiscatur.

¶ 2. Præt. Nomen status uidetur  
ad quandam altitudinem perti-  
nere. Nam ex hoc aliquis statu-

in altum erigitur: sed per de-  
uersa officia alijs fit altior ater. Simili-  
bus, ut ordines diversi ducuntur  
altitudine constituti, ergo foli ducuntur  
ordinū, ut officiorū sufficiat ad dimi-  
nuendū statutū.

SED CONTRA est, q[uod] in Decreto 2. art. 1.

sa capitali, vel cā statutus interpellatur  
ratores, sed p[ro]fessi est agens nisi ei  
principes ad libertatem, vel seruitutem ergo  
statutū hoīs nisi id, q[uod] p[ro]miserit ad libertatem.

RESPON. Dicendo, q[uod] statu possunt  
cat quandam positionis differentiam statu-  
dum sive natura, quasi in quadam  
enim naturale homini, ut caput eius

## ARTIC. I.

¶ Circa primum queruntur  
quatuor.  
¶ Primo, Quid faciat in homini  
bus statutum.  
¶ Secundo, Vtrum in homi-  
bus debeant esse diversifica-  
tus, sive diversa officia.  
¶ Tertio, De differentia officio-  
rum.  
¶ Quartò, De differentia sta-  
tuum.

## ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum status in suavatione im-  
portet conditionem liber-  
tatis, vel seruitutis.

AD PRIMUM sic proce-  
dit. Viderit, quod statu  
in sui ratione non importet condi-  
tionem libertatis, vel seruitutis.  
Status. n. stando dicitur, sed statu-  
re dicitur aliquis rōne restringit, vnde dicitur Ezech. 2. Fili homi-  
nis, tua sup pedes tuos. & Gregorius  
dicit in 6. moral. Ab omni statu  
restringit, dispergunt, quiper  
noxia terba dilabuntur, sed te-  
stitudinē spūalem acquirit ho-  
mo per hoc, q[uod] subiicit suam vo-  
lentiam Deo, unde super illud  
Psal. 32. Rectos decet collauda-  
tio, dicit glo. \* Recti sunt qui di-  
rigunt cor suum secundum no-  
luntarem Dei. ergo uidetur q[uod]  
sola obedientia diuinorum man-  
dariorū sufficiat ad rōnū statu-  
tus. ¶ 2. Præt. Nomen status uidetur  
importare immobilitatem, scilicet  
dum illud i. ad Corin. 15. Stabi-  
les estote & immobiles. unde  
Gregorius dicit super Ezech. La-  
pis quadrus est, & quasi ex omni  
latere statum habet, qui cas-  
ta in aliqua permutatione non ha-  
bet: sed virtus est quae immob-  
liter facit operari, ut dicitur in  
2. ethi. \* ergo uidetur quod ex  
omni operatione virtuosa ali-  
quis statutus adipiscatur.



ONSEVENTER  
considerandum est  
de diversitate statuū  
& officiorum huma-  
norū. Et primum consideran-  
dum est de officijs, & statibus  
hominū in generali. Secundo  
specialiter de statu perfecto-  
rum.